

VITRUVIUS IN PRAEFAT. LIB. 3.

Nec tamen est admirandum, si propter ignorantiam artis virtutes obscurantur: Sed maxime indignandum, quum etiam saepe blanditur gratia a veris judiciis ad falsam probationem. Ergo, ut Socrati placuit, si ita sensus, & sententiae, scientiaeque disciplinis auctae, perspicuae & perlucidae fuisserint, non gratia, neque ambitione valeret, sed si qui veris certisque laboribus doctrinarum, pervenissent ad scientiam summam, eis ultiro opera traderentur. Quoniam autem ea non sunt illustria, neque apparentia in aspectu, ut putamus
opor-

viii

oportuisse, & animadverto potius
indoctos quam doctos gratia super-
rare, non esse certandum judicans
tum indoctis ambitione, potius his
praexceptis editis ostendam nostrae
scientiae virtutem.



DIA~